

www.e-rara.ch

**Apophthegmatum ex optimis utriusque linguae scriptoribus, per Des.
Erasmus Rot. collectorum libri VIII**

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1558

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-30397>

Lib. secundus laconum aliquot anōnymōn apophthegmata.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

bant, dijs gratam esse fortitudinem, inuisam ignauiam: si-
mulq; iuuentutē armis ferendis debere absuescere, quo si-
mul & minus indulgerent delicijs, & utiliores bello eu-
derēt, si ne religionis quidē causa fas esset arma ponere,
cuius obtētū ferē solet ociū et luxus in ciuitates irrepere.

LIB ▶ SECVNDVS

LACONVM ALIQVOT

αὐτοῦτοπος apophthegmata.

1

Habetur pa.

71. ap. 16



AMIORVM legatis proli-
xiore utentibus oratione dixerunt
Spartani, Prima sumus obliti, po-
strema nō intelleximus, quia pri-
ma non meminimus.

2

Habetur pa.

38. cap. 99

Ad Thebanos item qui de qui-
busdam pertinacius contradice-
bant: Oportet, inquiunt, aut minus habere spirituum,
aut plus uirium.

3

Canicies

Lacon quidam senex interrogatus cur barbam gesta-
ret syluosam ac promissam, Vt, inquit, intue's canos pilos
nihil committam illis indignum. Vir bonus undecunque
uenatur stimulos ad uirtutem.

4

Argute

Alius cuidam laudibus immodicis efferenti bellatores
optimos, Apud Troiam, inquit. Significans, tales olim
fuisse, sed hoc genus hominum iam olim defuisse inueniri.

5

Bibos sit as

Alius quidam Lacon quum audisset quosdam à coena
cogi ad bibendum, Num, inquit, coguntur etiam ad eden-
dum

dum? Notauit Græcorum morem in conuiujs compellen-
tium ad certum cyathorum modum, cum id re uera nō mi-
nus absurdum sit, q̄ hominem qui nōn esuriat ad certum
escarum modum compellere, nisi quod alterius absurdi-
tem eleuat consuetudo.

Recitatio quod scripsit Pindarus, Græciæ fulcimētum 6
esse Athenas, Lacon dixit, ruituram Græciam si tali ful- Libere
tura niteretur. Taxauit Atheniensium mollitiē, quæ poe-
tæ elogio nōn respōderet, aut certe poetæ uanitatē, qui
tali præconio celebraſet indignos.

Quidam conspecta tabula quæ picturā habebat, quo= 7
modo Lacedæmonij trucidarentur ab Atheniensibus, di-
xit: fortes Athenienses. Id Lacon audiens subiecit, In tabu
la: significans ridiculum esse de pictura gloriari, quod ea Salse
non minus mentiri soleat quā poetæ.

Ad eum qui maledicta in alios per calumniam iactata 8
solet facile admittere, Lacon, Desine, inquit, aduersum Maledici
me præbere aures, Sensit non solum eos uituperio dignos
qui calumniarentur alios, uerum etiam qui calumnianti-
bus accommodarent aures. Et iniuriæ genus est, aduersus
nihil male meritum audire maledicā linguam: Non enim
essent maledici, si nullum inuenirent auscultatorem, Pro-
inde Lacon exposculauit etiam cum illo qui præbuerat
aures de ipso male loquenti.

Quidam seruo qui dum puniretur dicebat, nō uolens 9
errari, Non uolens igitur, inquit, pœnas dato. Argute
quidem, sed frigida excusatio est, insciens feci: uigiladum
erat ne quid committeret imprudens.

Alius quū in peregrinatione uidisset homines in sel= 10
Apophth. h lis

Seuere lis curulibus sedentes, Absit, inquit, ut in talibus sedeā sellis, unde non liceat asurgere seniori. In his enim sedebant delicati porrectis cruribus, ac cœlū imminens capiti prohibebat exurgere. Apud Lacedæmonios uero scelus erat iuuenem non assurrexisse seni.

11 Chij quondam Sparte peregrinantes à coena uomuerant in Ephorum curia, dein etiam in sedes, in quibus sedere solent Ephori, uētris onus deiecerant. Ac primum quidem acris inquisitio facta est, quoniam hoc designassent, ne forte ciues essent. Vt uero compertum est fuisse Chios, edixerunt, se Chijs permittere ut agant intemperantius. Excellentium uirorum est negligere contumeliā, quæ à palam improbis profiscitur, à quibus etiam laudare turpe est.

12 Alius quidam Lacon quum amygdalas duras duplo Lepide uendi conspiceret, Sunt ne hic, inquit, rari lapides? Quasi nihil interesset inter silicem & duram amygdalam. Adeo Lacon deliciarū rudis erat, ut nesciret sub gemino cortice latere nucleum. Et apparet hoc genus arboris non quibuslibet regionibus fuisse notum, quando, Plinius dubitat an ætate Catonis fuerit in Italia.

13 Alius quum in lusciniæ plumis reuulsis minimum repperisset carnū, Vox, inquit, tu es, præterea nihil. In eos dici potest, qui præter garrulam linguam ac magnifica uerba nihil habent.

14 Alius quidam cum uideret Diogenem cognomento canem in uehementi frigore statuam æream amplectentem, rogauit num algeret illo negante, Quid igitur, inquit La Argute con, magni facis? Philosophus gloriæ mācipiū hoc ipsum existimabat

existimabat magnificum, quod sic haberet corpus ad omnes iniurias duratum, ut in rigore frigidae statuæ completum ferre posset absq; dolore. Id Laconi nihilo pulchrius uidebatur, quàm si quis in æstate simile quippiam amplecteretur nullo suo incommodo.

Quidam Metapontinus Laconi obijcienti ignauiam, 15
Atqui, inquit, non parū alienæ regionis posidemus. Er= Argute
go, inquit Lacon, non solum ignaui estis, uerumetiam iniusti. Significans non posse fieri, ut quis meticulosus & imbellis multū teneat alienæ dititionis, nisi fraude partum.

Hospes quidam apud Lacedæmonios, quum ipsi stanti 16
interim altero pede, crepida in alterum indueretur, dixit cuidam, Non arbitror te Lacon tantum temporis uni pedi posse insistere, quantū ego possum. Lacedæmonius Ridiculè
excipiens, Fateor, inquit, attamen nullus est asnerum qui istuc non possit. Iure derisit hominem, qui longo usu didicisset artem quæ nihil utilitatis affert reipub. Huiusmodi sunt artes prestigiatorum, funambulorum & similium.

Cuidam iactanti de arte rhetorica, At per geminos, 17
inquit, Lacon, ars nisi uerum attigerit, nec est, nec unquā Grauitèr
erit. Notauit rhetores qui se profitentur uerisimilia dicere licet uera non sint.

Argiuo quodam dicente, multa Spartanorum sepulchra 18
apud nos sunt, Lacon excipiens, Atqui Argiuorum Argute
apud nos nullum est sepulchrum: innuens quod Spartani semper inuasissent Argos, Argiui uero Spartanos nunquam. Solerter Lacon quòd ille dixerat in gentis suæ laudem, retorsit in ignominiam.

Lacon in bello captus cum sub hasta ueniret, ac præco 19
h 2 diceret

diceret, Laconē uendo, obturauit illi os, Captiuū, inquit, prædica te uendere. Suam cōditionem æquo animo tulit, patriæ ignominia ferre nō potuit in auctione traducēdæ.

- 20 Ex his militibus qui sub Lysimacho stipendium faciebant, quidam cum ab eo rogaretur, num esset quispiam ex Helotum, id est seruorum Laconicorum numero, Tu ne inquit, existimas Laconem ad te uenturum, ut abs te ferat quatuor obolos? Maluit se fateri seruū, q̄ hoc probri admittere in nomen Lacedæmonicum.

- 21 Quum Thebani deuictis apud Leuctra Lacedæmoniis ad ipsum uenissent Eurotam, & quidam gloriabundus dixisset, ubi nunc Lacones? Spartanus quidam ab illis captus, Non adsunt, inquit, alioqui nos huc nō uenissetis. Ne uictus quidem & captiuus potuit obliuisci indolis Laconicæ, nec tulit uictoris iactantiam.

- 22 Atheniensibus quū tradita ciuitate postularēt, ut Samum tantum ipsis relinquerent, ita responderunt Lacones, Hoc tempore quo uestri non estis, alios habere postulat: unde natum est prouerbium, Qui semetipsum non habet, Samum petit.

- 23 Cum Lacones ciuitatē quandā armis cepissent, Ephori dixerūt, Perijt iuuentutis luctamē. Non enim posthac habebūt aduersarios. Gaudebant quidem de uictoria, sed iuuenibus exercendæ uirtutis materiā ereptam dolebant.

- 24 Quum Lacedæmoniorū rex polliceretur se funditus euersurum alteram quandam ciuitatem, quæ sæpenumero Lacedæmoniis exhibuerat negocium, non permisērūt Ephori dicentes, Nequaquā abolebis neq; subuerteres iuueni cotem. Urbem infestam appellabant cotem iuuentutis, quod

quod per eam iuuentus acueretur ad bellandi peritiam.

Lacedæmonij non præficiebant pædotribas qui pue- 25
ros ad luctam exercebant, ut uirtutis eſſet certamen non
artis. Vnde Lyſander interrogatus, quo pacto à Charon
te uictus eſſet, reſpondit, Vario artificio. Non exiſtima-
bat ea gens in quauis re ſpecioſam eſſe uictoriã, quæ cal-
lidis conſilijs contigiffet, potius quàm animi corporisq;
robore. Ars autem omnis ut à naturali ſimplicitate rece-
dit, ita dolo affinis eſt.

Philippo cum perueniſſet in agros Lacedæmoniorũ, 26
ſcripſiſſetq; utrum uellent ipſum uenire hoſtem an ami-
cum, reſponderunt, Neutrũ. Vnico uerbo abſoluerũt ſen- Libere
tentiam, quod erat Laconum, ac ſimpliciter negantes re-
gi tranſitum, quod erat uirorum fortium.

Lacones legatum quem ad Antigonũ Demetrii filium 27
miſerant, quoniam acceperant quòd Antigonũ appellaf- Factum
ſet regem, mulctarunt, quamuis in annone penuria me-
dimum frumenti in ſingulos ab ipſo reportaret. Tantus
erat apud illos legum rigor, ut nec tanto beneficio ſuble-
uata inopia ab illis uenia impetraret, ut unius uocule gra-
tiam facerent proſpere legatione perſuncto.

Cum improbus quidam ſententiam dixiſſet optimam, 28
ipſam quidem ſententiam approbarunt, ſed eo qui dixe- Factum
rat amoto, alteri cuidam inculpatis moribus eandem ſen-
tentiam tribuerũt. Adeo in rep. nihil honoris habendum
putarunt his qui flagitioſe uiuerent: autorem mutarunt,
ne eſſet dedecori rei publicæ: conſilium nõ reiecerunt, ne
ob priuatam ignominiam publicam utilitatem neglexiſſe
uiderentur. Meminit huius et A. Gellius.

29 Cum duo fratres inter se dissidium haberent, Lacedæ-
 Factum monij mulctam dixere patri, quod filiorum discordiam
 Pater pro fi- dissimulasset. Iuuenibus ignoscendum putarunt, sed quic-
 lio punitus quid illi per calorem ætatis peccassent, parenti imputa-
 bant, cuius autoritas providere debuerat, ne quid inter fi-
 lios oriretur simultatis.

30 Cantori apud Spartanos peregrināti dixere mulctā,
 Factum seu quod citharā digitis pulsaret non ebore. Adeo non patie-
 re bantur innouari publico usu recepta. Hoc studio cuidam
 alteri ex nouem chordis duas incidit Lacedæmonius ille.

31 Duo pueri inter se pugnabant, quorum unus alteri le-
 tale uulnus inflixit. Puerorum autē sodales quum saucius
 Generose ille moriturus esset, polliciti sunt illi uindictā, seq; uulne-
 ris autorem interfekturos. At ille, Nequaquā, inquit, per-
 deos, Non enim æquū est, quandoquidē & ipse hoc factu-
 rus eram si anteuertissem, siq; strenuus fuisset: Indolem
 uere Laconicam, qui uictus ac moriens iusto tamē uictori
 fauebat, q, uirtute non dolo superasset aduersariū. Quid
 talibus ingenijs felicius, si a teneris ad uerā uirtutem fuis-
 sent instituta, potius quā ad militarem duritiem?

32 Alter quidā puer eo tēpore quo mos erat apud Spar-
 tanos, ut pueris ingenuis phas esset, quod quisque possit
 suffurari, sed hætenus ut deprehendi turpe esset: cum ui-
 uam uulpeculam quam sodales erāt furati, sibi ab eis tra-
 ditam seruaret, uenissentq; qui eam perdiderāt inquiren-
 di gratia, uulpeculam sub ueste abditam tenebat, Ceterū
 Fortiter quum efferata bestia latus pueri usq; ad intestina erode-
 ret, dissimulauit tacitus ne proderet furtum. Mox uero
 quum digressis illis pueri uidissent quod acciderat, obiur-
 gabant

gabant illum dicentes, præstiterat aperire vulpeculam, quam ad mortem usq; celare. Nequaquã, inquit, inò præstat doloribus immori, quam hac nota traduci, ut ob moliciem dicar lucrifecisse uitã ignominiosam. Quid absolutius si tam feliciter natis ingenijs accessisset philosophia?

Quum quidam forte obuï Laconibus dixissent, fortu nati estis ô Lacones: nam modo hinc abiēre latrones, Nō nos, inquit per Enyalium (sic enim illi Martem uocant) Animose sed illi potius fortunati sunt, qui in nos non inciderint. Adeo gens ea gerebat animos ad omnia impavidos, quæ uulgus hominum formidat.

Lacon quidam interrogatus quid artis sciret, Liber, 34 inquit, esse. Ea gens nec disciplinis philosophorū, nec opificijs exercebatur, tantum inuictis animis libertatem tuebatur, nec hominibus nec uitijs seruire docilis. Generose

Puer Spartanus captus ab Antigono rege ac sub ha= 35 statuenditus, in cæteris omnibus, quæcunq; putabat ab ingenuo decenter fieri posse, obsequens erat ei qui ipsum fuerat mercatus: cæterum iussus adferre matulam, haud Generose sustinuit dicens, non seruiam. At quū instaret herus, puer Fortiter conscenso tecto dixit, Senties cuiusmodi mercatum feceris, moxq; sese è sublimi præcipitem dedit ac periit. Captiuus esse poterat, seruilis facere nō poterat, ac semet in libertatem morte asseruit.

Alter quū uenderetur rogatus à licitatore, eris ne fru 36 gi si fuero mercatus, Etiam si non fueris mercatus. Ne fortuna quidē seruilis docere potuit illū seruilis loqui. Qui enim natura probus est, ubiq; et apud oēs probus est.

Alter quidā captiuus quū uenderetur, ac præco diceret 37

Simile ante se mancipium uendere, Sceleste, inquit, non tu dices capti-
 pag. 115. uum? Non puduit duræ conditionis, sed puduit tituli serui
 apoph. 19 lis. Tantus erat libertatis amor.

38 Lacon quidam in clypeo pro insigni gerens muscam,
 eamq; non maiorem uera: quibusdam irridentibus dicen-
 tibusq; quod id studio fecisset quo lateret, Imò, inquit, ut
 Salse sim conspicuus. Tam enim prope accedo ad hostes, ut ab
 ipsis insigne cuiusmodi sit uideri possit. Salsissime conui-
 cium igræ uertit in argumentum fortitudinis.

39 Lacedæmonius alter, quum super conuiuuiū esset illata
 Seuere lyra, Non est, inquit, Laconicum nugari: longe dissentiens
 à cæteris Græcis, quibus nullum conuiuuium suaue uideba-
 tur absq; musica. Id Laconi nugale uidebatur, qui lautius
 existimabat honestis ac festiuis fabulis condire compota-
 tionem quàm inani lyre strepitu.

40 Spartanus interrogatus, num tutum esset ad Spartam
 Argute iter, Refert, inquit, qualis eò descendas. Nam leones illuc
 euntes plorāt, lepores aut in umbraculis uenamur: signi-
 ficauit nec ferocibus ac uiolentis esse tutū proficisci Spar-
 tam, nec mollibus & effœminatis: quod hostili animo il-
 luc proficiscentes male acciperentur à fortioribus, delica-
 tos homines illic non sinerent lasciuire in tenebris.

41 In luctandi genere quod illi chirapsiam appellāt, cum
 is qui collum alterius urgebat frustra præterq; legem pa-
 lastræ pulsaret undiq; & in terram detraheret, postea-
 quam corporis uiribus destitueretur qui in hærenti cede-
 re cogebatur, brachium urgentis momordit: cumq; alter
 diceret, Mordes ô Lacon scæminarum more, Nō, inquit,
 Argute sed more leonū. Vt solerter obiectam ignauā detorsit in
 laudem

laudem fortitudinis. Nullum enim probrum apud illos de
testabilius q̄ muliebris imbecillitatis. Iure autē se morsu
liberauit, qui præter ius certaminis urgebatur à uictō.

Claudus ad bellum proficiscens quum ab alijs ridere= 42
tur, Non opus est fugientibus, inquit, sed qui subsistant, Simile ante
locumq; in acie tueantur. pag. 45.

Alius sagitta percussus cum animam ageret dicebat, ap. 22
Non me mouet quòd morior, sed partim quòd ab imbelli 43
sagittario ac mulierculæ simili, partim quòd nullo facino
re diu morior. Victis solet esse solatio, uirtute præstan
tis uiri dextra cadere. Lacedæmonij uero quoniam ensi
bus pugnare solent cominus, non putabant esse uirtutis
procul missa sagitta, quempiam interficere, quod idem
possunt & scæminæ. Tum æquiore animo decedunt è ui
ta, qui rectē factorum post se relinquūt memoriam.

Quidam ingressus diuersorium cauponi dedit obso= 44
nium ut appararet: quum inde posceret caseum & oleū,
Quid, inquit Lacon, si caseum haberem iam non egerem Frugaliter
obsonio. Caupo caseum & oleum petebat ad condiendum
piscem, at Lacon id uidens cui sufficiebat uictus simplici
tas, superuacuum existimabat, cibū cibo miscere, quū alter
per se satis esse posset. Quantū absunt ab huius Laconis
animo, qui centum rerū species in unum miscunt discunt.

Cuidam Lampen Aeginetam efferenti ac felicem præ 45
dicenti, quòd prædiues uidebatur, multorum nauigiorum
dominus, Lacon, Nihil, inquit, moror felicitatem de funi= Argute
bus pendente. Quū omnes diuitiæ sunt in manu fortunæ,
tum & præcipue quas negotiatores commiserere nauibus
rupti funibus sequitur naufragium, & hinc mercium

omnium interitus. Vnde philosophus quidam interrogatus, utrum putaret maiorem esse numerum uiuorum an mortuorum, uicissim rogauit utro loco haberet nauigantes, quod hi uersantes in summo uitæ discrimine uix essent habendi pro uiuis.

46 *Argute* Quidam Laconi dixit, Mentiris, ille contra, Nimirū, inquit, liberi sumus, alij uero nisi uera dixerint uapulant. Nihil commotus est Lacedæmonius, sed atrox conuicium clusit ioco, obiter taxans maledicum quod ipse non esset Lacedæmonius, atq; ob id nec liber. Porro serui si quid fallant mendacio, loris emendantur.

47 Alius quū uellet cadauer statuere rectum, nec id posset efficere, quum nihil nō fecisset, Per Iouem, inquit, aliquid intus sit oportet. Suspiciatus est Lacon aut animam aut genium malum latere in cadauere. Solent enim cadauera in rogo erecta poni.

48 Tynnichus Thrasybuli filij mortē perquā forti animo tulit, in hunc hoc factum est epigramma,
Exanimis Pitane clypeo Thrasybule redisti
Septem ex Argiuis uulnera seua gerens,
Fortiter Aduersa ostendis tamen omnia, sanguinolenta
Membra rogo imponens Tynnichus hæc senior,
Plorientur timidi, mi infletus humabere fili.

49 Quum Alcibiadi Atheniensi balneator plurimū administraret aquæ, Lacon id uidens, Quid hoc rei est, inquit? plus aquæ infundit, quasi non puro, sed uehementer *Salse* sordido. Hoc scommate notauit Alcibiadis uitam multa infamia contaminatam.

Philippo

Philippo regi Macedonum quædam per literas impe- 50
ranti rescripserunt Lacedæmonij, De quibus nobis scri- Non est in
psisti, non. Ad prolixā regis epistolam unica syllaba re- Græco no-
sponderunt, oīū quam grandibus literis pinxerant, ut ex stro, sed in
pleret iustum epistolæ spatium, simul & gentilis breuilo- Philelpho
quentiæ memores, & solitæ fortitudinis.

Rursum quum Philippus in agros Lacedæmoniorum 51
duxisset exercitū, resq; in eo esset statu, ut probabile es-
set eos ad unum omnes interituros, rex dixit cuidā Spar-
tiatæ, Quid nūc facietis Lacedæmonij? At ille, Quid, in-
quit, aliud nisi q. fortiter moriemur, quādo nos soli Græ Fortiter
corū liberi esse, non alijs parere didicimus. Nemo seruire
cogitur qui mori paratus est. Quā dūlce bonum est li-
bertas quæ morte emitur, q̄ misera res seruitus cui mors
anteponitur? Quid igitur mentis dicemus his esse, qui se
sponte dedunt in eā seruitutē, unde nec dato peculio pos-
sunt redimi, nec gratuita manumissione liberari?

Post Agin bello superatum Antipatro postulanti ob- 52
sides pueros quinquaginta, Eteocles qui tum ephorum
agebat respondit, Se pueros non daturum, ne si licenter
utixissent, fierent indociles patriæ disciplinæ, itaq; ne
ciues quidem essent: cæterum senes ac mulieres se duplo
numero daturum. Verum Antipatro diraminitanti nī
acciperet postulata, populus una uoce respondit, Si im-
peras acerbiora morte, facilius moriemur. Hunc ani-
mum in uno alterōue ciuium reperire, fortasse non ita Libere
magni miraculi esse uideatur, in uniuerso populo tantum
esse consensum, prodigiosum est. Hoc exemplo simul ad-
monemur, quanta sollicitudo debeatur ætati teneræ ad-
probita-

probitatem educandæ quando licenter educatos iuuenes illi non putarunt habēdos pro ciuibus, perinde quasi mater abdicet filium ex se natum, nisi probitate morum maioribus suis respondeat.

Senex in Olympijs cupidus erat spectandi certaminis quod agebatur, sed quum nulla uacaret sedes ad uaria loca sese conferens, ludibrio erat ac scōmatis petebatur, quod nullus eum exciperet, ut uero peruenit ad Lacedæmonios, non solum pueri omnes assurrexerunt, uerum etiam uiri multi cesserunt illi locum. Id factum quum ceteri Græci quotquot aderant plausu comprobassent, patrumq; morem supra modum collaudassent, Senex Concutiens canasq; genas et tempora cana,

Salse Ac suspirans lacrymis, Heu miserā, inquit, ut omnes Græci norunt quid sit honestū, sed eo soli utitur Lacedæmonij.

S4 Sunt qui narrent hoc idem accidisse Athenis. Quum enim agerentur Panathenæa, Attici senem ludibrio habuerunt, inuitantes tanquam admissuri, ceterum ubi uenisset non admittentes. Verum iam perambulatis serè omnibus tandem ad Lacedæmonios spectatores quum uenisset, omnes è sedibus assurgentes locum illi cesserūt. Eo facto delectatus populus, plausu multaque gestuum significatione comprobauit. Inter hæc è Spartanis quidam dixit, Per geminos, norunt Athenienses quæ sint honesta, at non ea faciunt. Apud Atheniēses maxime florebat philosophia, quæ docet, quid turpe, quid honestum: Spartani non recipiebant eiusmodi disciplinas, sed ex institutione maiorum uirtutem factis ac moribus præstabant. Ita factum est ut Apud Athenienses essent uerba philosophiæ,
apud

apud Lacones ipsa res. Admonuit apophthegma, turpissimum esse scire quid deceat, & tamen diuersa sequi.

Mendicus quidam petijt aliquid à Lacone: at ille, Si 55
quid, inquit, dederò magis es futurus mendicus. Verum Arguere
istius probrosæ uitæ tuæ fuit autor qui tibi primus dedit,
teq; fecit inertem. Apud Lacedæmonios probro dabatur
mendicitas, quod & ocium odissent, & minimo essent
contenti, Benignitas autē in mendicos speciem habet ma-
gnæ uirtutis, sed ea piorum hominum bonitas alit pluri-
morum malorum luxuriosam ignauiam.

Lacedæmonius uidens quendam dijs corrogantē, Ni- 56
hil, inquit, moror deos qui me sunt pauperiores. Hinc li-
quet, uetus esse sub obtentu religionis exercere mendici-
tatem, quum plerunq; tali collecta titulo non impendan-
tur diuis, qui nullius rei sint egeni, sed improborum lu-
xui ac libidini.

Alius quidam quum adulterum apud deformem uxo- 57
rem deprehēdisset, Miser, inquit, quæ tibi fuit necessitas? Moderate
Primum hic editum est nobis moderationis exemplum.
Quis sibi temperet in adulterum deprehensum? Hic po-
tius uidetur misertus hominis, qui graui quapiam neces-
sitate uideretur huc compulsus, ut cum deformi rem ha-
beret. Neq; enim uerisimile erat adulterum uoluptatis
gratia sese in hoc discrimen coniecisse.

Alius cum audiret rhetorem magnos sermonis circui 58
tus connectentem, Per geminos inquit, fortis sane homo, Loquacitas
qui quum nullum habeat argumentū, tamen egregie uol-
uit linguā. Lacedæmonijs nulla placebat oratio nisi bre-
uis & uera, & ad rem seriā pertinenēs. Proinde ridiculum
existis

existimabat quod orator in ficto themate tantam uerborum copiam profunderet.

59 Quidam profectus in Lacedæmonem, quum uidisset honorem quem iuniores præstant senioribus, In sola inquit, Sparta expedit senescere. Paupertas onus est & minorata serum, & graue, ut ait Comicus, sed in hac molestiarum maxima pars est, quod homines etiã facit ridiculos, ut ait Satyricus. Sic inter incommoda quæ fert ætas ingrauescens, non minima pars est, quod senes ferè contemptui sunt ac ludibrio. Proinde Sparta uisa est multis honestissimum uirtutis domicilium.

60 Lacedæmonius percontanti quid ipsi uideretur Tyræus poeta, Bonus, inquit, ad deprauandos iuuenum animos. Quemadmodum Plato iudicabat Homeri poesim inutilem esse reip. qualem institui uolebat, ita Lacedæmonij non recipiebant poetas qui blanda scriberent potius quàm salubria.

61 Cuidã qui laboras ab oculis exierat in bellum, quum nonnulli dicerent, quò uadis ad istum affectus modum, aut quid facturus? Ut nihil, inquit, aliud, certe hostis gladium hebetabo, Hoc dictum falsius ne sit an fortius, nondum statui.

62 Buris & Spartis Lacedæmonij sponte profecti sunt ad Xerxem regem Persarum, daturi poenas quas Lacedæmonij iuxta oraculum pendere debebant, eò quod oratores à Persa missos occidissent. Hi quum uenissent ad Xerxen, iusserunt ut ipsos quocumque modo uideretur interficeret pro Lacedæmoniis. Cumque rex admiratus & pietatem in patriam & animorum fortitudinem, liberasset illos à poena, peteretque ut apud se manerent, Qui possumus, inquiunt, hic uiuere relicta patria patriisque legibus ac uiris

at uiris, quorum gratia tantum iter susceperimus mori-
turi? Ceterum quum Indarnus exercitus regij dux, ro-
gans instaret, diceretq; fore, ut in pari honore haberen-
tur cum his qui inter regis amicos primas tenebant, hunc
in modum responderunt, Videre nobis ignorare q̄ ingens
bonum sit libertas, quam nemo sanus uel cum Persarū re-
gno cōmutaret. In eodem factō nobis propositū est exem-
plum pietatis erga patriam, & cōstanter adamatæ liber-
tatis, & animi mortis terrore uacui. Ceterum Herodo-
tus libro septimo hos duos appellat ἀρετῶν καὶ βουλῶν,
id est, Sperthien & Bulin.

Alias Hy-
darnes

Laconem hospes quem pridie declinauerat, postridie
stragulis cōmodatō sumptis splendide excepit: at ille stra-
gulis conculcatis dixit, Propter has heri nestorij quī-
dem indormire licuit. Lepide risit illorū morē, qui quum
sint tenues, tamen affectant uideri diuites corrogata aut
conducta supellectile, quod maxime solent in excipien-
dis hospitibus, in nuptijs, aut alioqui solennibus epulis.
Porro quum ineptum sit ostentare tuas diuitias, quanto
magis ridiculum est ostentare supellectilem alienam, in-
terdum ab usurarijs sumptā? At Lacedæmonij non solum
oratores regum, uerum ipsos etiam reges ad sua phiditia
inuitabant, eam frugalitatem sibi magno etiam honori
futuram existimantes.

63

Lepide

Alius quidam quum uenisset Athenas, uidissetq; illic
præcones qui muriā promitterent, qui obsoniū, qui pu-
blicos & lenones, aliasq; parum honestas functiones
profiterentur, neq; quicquam sibi turpe ducerent: ubi re-
uersus est in patriā, ciuibus percontantibus quomodo se

64

res

Licentia res haberet Athenis, Omnia, inquit, honesta: per ironiam innuens, Athenis omnia haberi honesta, turpe nihil. Argutia dicti est in ambiguo sermonis.

65 Alter interrogatus de re quapiam, respondit, Non, Verum ubi percontator dixisset illum metiri, Non uides igitur, inquit Lacon, te stultum esse, qui scisciteris de his quæ noueris? Salse taxauit in illo uitium garrulitatis, qui de nihilo quæsierit fabulandi materiam.

66 Venerunt aliquando Lacedæmonij ad Lygdam in tyrannum legatione fungentes: sed quum ille uarijs causationibus frequenter distulisset colloquendi copiam, tandem post omnes excusationes dictum est, illum parum firma esse ualetudine, sed languere non nihil. Legati responderunt, Per Iouem non uenimus huc cum illo luctaturi, sed colloquuntur. Belle taxarunt barbari regis fastum ac delicias, qui quamuis friuola de causa res serias omitteret.

67 Quidam sacris initiaturus, Laconem rogauit quid si
Habetur an= bi consciret maxime impie factum per omnem uitam. At
tea pag. 98 ille hoc, inquit, dii sciunt. Quum initiator magis urge-
apoph. 98 ret, diceretque, omnino proferas necesse est, Lacon uicissim rogauit, Vtrum, inquit, oportet me tibi dicere an deo: quum ille respondisset deo, Tu ergo, inquit, hinc sccede, ut illi dicam.

68 Alius Lacon quidam noctu præteriens monumētum, quum sibi uisus esset uidere spectrum, accurrit lancea traiecturus, & in hoc nitens, Quo me fugis, inquit, anima
Superstitio nulla bis moritura? O mentem uere liberam omni formidine, quæ nec laruarum ac lemarum occursum terreri potuerit.

69 Lacon alius quum uoto se obstrinxisset, quod se de
Leucate

Leucate præcipitem daret, conscendit montē, & conspex-
it altitudine sese auertit. Id quoniam illi probri gratia obij-
ceretur, Non putaram, inquit, illi uoto maiore uoto opus
esse. Ioco elusit inconstantie formidinisq; crimē. Etenim
qui facinus arduū concipit animo, prius à dijs optare de-
bet animum facinori parem.

Lepide

Quidam in acie quum strictum iam ensē in hostem
esset infixurus, quoniam interim signum datum est rece-
ptui canens, non infixit. Roganti uero cuius ho-
stem quē in potestate habebat non occidisset, Quoniam
inquit, melius est parere imperatori quā hostem occide-
re: Exemplum disciplinæ militaris, à quo immane quan-
tum recesserunt, qui sub belli titulo mera exercent latro-
cinia. Olim non licebat ferire hostem, nisi turba dedisset
signū: eadem simulatq; cecinerat receptui, homicidij cri-
men erat hostem interemisse.

70

Belli disci-
plina

Quidam Laconi in Olympico certamine superato di-
xit, Aduersarius tuus o Lacon, te fuit potentior, imo, in-
quit, ad deijciendum accommodatior. Quoniam certamē
artis erat magis quā uirtutis, Lacedæmonius nō puta-
bat se ob id deteriore quod uictus esset. Dicti argutia sita
est in ancipiti uoce: nam βεῖος & meliorem signifi-
cat & potentio rem, siue superiorem & præstantiorem.
Is uere inferior est, qui honesto uincitur.

71

Argutē

Actoli quondam ingressi regionem Laconicam abdu-
xerūt quinquaginta seruorū millia: unde Lacon quispiā
senior festiuiter dixisse fertur, Magno bono fuerunt ho-
stes Laconie, quam tanta turba leuarunt.

72

Mos erat apud Lacedæmonios ut rex hostes aggredere-
retur.

73

Apopht.

i

retur

retur, præcedente quopiam gestante coronam, qui in certamine uictor aliquando tulisset coronam. Quum igitur Lacon quidam in Olympijs magnam pecuniæ uim respuisset, sed multo cum sudore deiecto aduersario coronam tulisset, cuidam dicenti, quid emolumenti tibi adfert uictoria o Lacon? ille ridens & alacer respōdit: Ante regem, Generose inquit, coronatus incedens pugnabo cum hostibus. Generose mentis est, laudis honore teneri potius q̃ pecuniæ.

74 Miles quidam Lacedæmonius quum prostrato hostis insideret tergo occisurus rogauit ut se uerteret, & in pectus potius stringeret ensē, rogatus quid ita, Ne amarus, inquit, meus erubescat, si uiderit auersis confossum uulneribus.

75 Lacon quidā ad Rhodium Diagorā, qui in Olympijs & filios, et ex filio filiaq; nepotes uidisset coronari, Morere, inquit, Diagora, num in Olympum ascendes? sentiens tum optimum exire de uita, quum res sunt prosperi me. Ita Plutarchus in Vitis. Meminit & Cicero in Tus. questionibus, libro primo. Lepos est in ambiguo: nam Olympus mons est, in quo singulis lustris peragebātur Olympica certamina, & pro cœlo accipitur.

76 Lacon quidam pædagogus pueri cura suscepta quum interrogaretur, quid esset illum docturus, Efficiā, inquit, ut honestis delectetur, turpibus offendatur. Nihil efficacius ad ueram felicitatem, quā amare uirtutem propter se, odisse uitium propter se.

77 Spartanus quidā interrogatus, quid conferrent utilitatis pueris adhibiti pædagogi, Efficiunt, inquit, ut quæ sunt honesta, eadem pueris fiant etiam iucunda.

Agésilas

Agésilas dicebat, sibi iucundum esse laudari ab his, 78
qui non uererentur & uituperare si quid displicuisset.
Tales enim si quid laudant, iudicio laudant, non metu aut
adulatione.

Demonides amisit furto crepidis, precatus est ut eius 79
qui sustulerat pedibus conuenirent. Visus est bene preca-
ri, quum illi magnum precaretur malum, uidelicet pedes
distortos, quales habebat Demonides.

Lacedæmonij cum Smyrnis egentibus commeatum 80
misisent, atq; illi beneficium uerbis attollerent, Lacedæ-
monij sermonē interrumpentes, Nil magni est, inquiunt,
Hæc enim collegimus unius diei prandio nobis & iumen-
tis detracto. Gratius est beneficium quod extenuatur ab
eo qui confert. Nam qui quod largiuntur exaggerat (qui
plerisq; mos est) bonam gratiæ partem amittunt.

Lacydes Arcesilai familiaris, Cephisocrati crimen læ- 81
se maiestatis deprecanti, unā cum reliquis amicis aderat.
At quum accusator annulum exhiberi flagitaret, per quē
coargui poterat: isq; clam in terram demisisset, Lacydes
sentiens pede imposito textit. Inficiatus est igitur Cephis-
ocrates & absolutus. Mox reo iudicibus ut mos est, agenti
gratias, quidam è iudicum numero qui uiderat, iussit ut
Lacydi quoq; gratias ageret.

Arcesilaus quum arderet podagræ doloribus, eumq; 82
Carneades inuississet, atque exiret tristis, Mane, inquit,
Carneade, nihil enim illinc huc peruenit, ostensis pedi-
bus & pectore: Sentiens pedes quidē dolere, sed animum
dolore uacuum esse.

RVM INSTITVTA.

- 1**
Silentium Ad publica cōuiuia ingrediētibus, qui natu erat maximus singulis ostendebat fores dicens, per has nullus egreditur sermo: admonens nihil effutiendum si quid liberius dictum esset in cōuiuio. Hunc morem instituit Lycurgus.
- 2** Quoniam apud Lacedaemonios in summo precio erat ius, quod illi nigrum appellant, adeo ut seniores hoc contenti non desiderarent carnes, sed eas iuuenibus cederēt, Dionysius Siciliae tyrannus dicitur huius gratia coquum emisse Laconicum, eiq; mandasse ut sibi hoc ius apparatus, nullis parcens impendijs. Quod ubi rex gustasset, ac displicuisset, expuit. Tum coquus, hoc, inquit, ius o rex sumendum est posteaquam te Laconū more exercueris, & in Eurota laueris. Festinius hoc narratur à M. Tul. Tuf. quest. lib. 5. in hoc uariās à Plutarcho, quod scribit illum Sparte in phiditijs cœnauisse, & à cœna negasse sibi nigrum illud ius quod cœnæ caput erat placuisse: tum qui illud coxerat respondisse, minime mirū si displicuisset, condimenta erim deesse: ac Dionysio rogāte quæ tandē illa Labor, inquit, in uenatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim rebus Lacedaemoniorum epulas condiri.
- 3** Lacedaemonij posteaquam moderate biberunt in conuiuijs publicis, discedunt absq; tædæ: non enim fas est illis ad lumen incedere, nec hac uia, nec illa, quo consuefant in tenebris noctuq; cōfidenter & intrepide ire. Id interdum in bellis usu uenit ut necesse sit.
- 4** Idem literas quidem discebant ad usum, cæteras uero Philosophia disciplinas exoticas eiiciebant, nec minus homines harū rusticana professores quàm ipsos libros. Hæc aut erat illorum eruditio

titio, bene parere magistratibus, patientem esse laborum,
 & in prælio aut uincere aut mori. Hoc animo fuerunt o-
 lim & Romanorū quidā, qui philosophos Græcos urbe
 pepulere, quod curiosis disciplinis auerteret iuuentutem
 ad ocium & ignauiam, redderentq; ad differendum qui-
 dem instructos, ad gerenda uero reipub. munia inutiles.
 Quid illi dixissent, si sophistarū gryphos, si nominaliū
 & realium frigidissimas argutias audissent?

Perseuerabant absq; tunicis uestē unicam accipientes, 5
 corporibus squalidi, quippe à balneis & unguentis ferè Frugaliter
 in totum abstinentes. Nemo tales facile inuadit tum ino-
 pes tum duros: nec malis artibus cogebantur rem quere
 re, qui tam paruo contenti sunt. Hæc Lacedæmonij qui nec
 philosophorum dogmata, nec Christum nouerant: & nō
 pudet nos deliciarum nostrarum? Anachoritas uocamus
 qui quatuor uestibus contenti sunt.

Iuuenes uero gregatum ac turmatim dormiebāt supra 6
 stibadas, herbe genus, quas ipsi sibi congerebant ex arun Frugaliter
 dine apud Eurotam nascente, cuius summa non ferro, sed
 manibus defringeabant. Per hyemem uero substernebant
 sibi, quos uocant lycophones, ac stibadijs commiscebant,
 quod ea materia caloris quiddam habere uideretur. Vbi
 sunt nunc qui toto corpore plumis anserinis indormientes
 queruntur ob duritiem sibi dolere latera?

Amare puerorū indolē, qui probo ingenio uidebātur 7
 pmissū illis erat, ceterū abuti illis turpissimū habebatur, Amor animi
 quasi corpus adamaretur potius q̄ animus. Quod si quis
 accusatus esset, q̄ parū honestā cum illis habuisset cōsue-
 tudinē, is per omnē uitā infamis erat & à publicis hono-
 ribus

ribus submouebatur. Hoc non solū in pueris, quorū etati consulens rex permisit grandiorib. amare, sed citra turpitudinē, locū habet, uerum etiā in cōiugibus: nō enim recte amat uxorem, qui corpus amat potius quā animum.

8 Mos erat ut adolescentes quoque iam abituri à seniorib. interrogarentur quō irent, & ad quid: obiurgabatur aut qui uel non responderet percontanti, aut friuolas causas recitaret. Senior qui non obiurgarat adolescentem ipso presente delinquentem, eidem pœnæ erat obnoxius quā daturus erat, si peccasset ipse. Caterum qui obiurgationē moleste ferebat, in magno erat probro. Merito puorum errata imputantur ijs quorum partes erant ea uel arcere uel corrigere. Simul autem magna necessitas habebat seniores ne quid testibus adolescentibus præter decorum committerent. Nam qua fronte obiurgarent iuniores, si ipsi senes essent obiurgandi?

9 Si quis in peccato deprehensus fuisset, is cogebatur
Castigatio aram quandam quæ erat in urbe circumire, ac uituperationem interim in ipsum compositam canere, quod nihil aliud erat, quā se ipsum sua uoce obiurgare. Ingenui pudore & laudis amore melius ducuntur ad honesta: uirgis aut flagris cædi seruile est.

10 Quin & ille mos erat, ut iuuenes non solū suos quisque parentes reuererentur, hisque dicto audientes essent, uerum etiā ut omnes seniores uererentur, tum de uia cedentes, tum è sedibus assurgentes, ac prætereuntibus illis taciti quietique. Qua re factum est, ut quisque, non quem admodum sit in alijs ciuitatibus, in proprios modo liberos, seruos ac possessiones auctoritatē haberet, uerū etiam

in amicorum ac uicinorum liberos ac possessiones perinde
ius haberet atq; in sua propria: ut omnia quam maxime
inter se communiter haberet, ac aliena quisq; non aliter
quam sua curaret. Intellexerunt illi quantam utilitatem
haberet cōmunitas, non adacta, sed ex mutua beneuolentia
proficiscēs. Quod enim à Pythagora proditū est, ami-
corum communia esse omnia, id illi uoluerant in republica
sua q̄ latissime patere. Omnes enim ciues inter se amici
sunt, multo magis omnes eandem professi religionem. Po-
stremo inter omnes homines ob hoc ipsum quod homines
sunt, intercedere deberet mutua beneuolentia.

Ceterū puer abs quopiam castigatus, si querelam ad
patrem detulisset, turpe erat patri, si hoc audito non ite- II
rum filium emendasset. Siquidē ex institutione maiorum Disciplina
habebant hanc de se mutuo fiduciam, ut crederent nemi-
nem esse, qui cuiusquam liberis, quos quisq; pro suis ha-
bebat, quicquam imperaret inhonestum. Prima ætas quo-
niam nondum sentit quid turpe, quid honestum, uerberti-
bus eget. Solent autem pueri à præceptoribus cæsi apud
parentes queri de crudelitate eorum, à quibus castigati
sunt. Ea res quoniam minuebat aliorum seniorum autori-
tatem, hanc fenestrā occluserunt liberis suis, ut omnium se-
niorum eadem esset in pueros autoritas quæ patribus.

Furantur illic pueri etiam ex esculentis quicquid pos- 12
sunt, discētes dextre imponere uel dormiētibus, uel indili Furandi ars
gentius sua seruātibus. Deprehenso pœna erat uapulare
& esurire. Datur enim illis cœna perquam tenuis, quo-
dum suo pte ingenio depellunt inopiam, cogātur audaces
esse & callidi. Hoc erat cur cibi inopia premeretur: quin

Nō est stylus
Plutarchi.
Sententia est
apud Xeno-
phontem

ob id etiam dabatur illis uictus exiguus, uti consuescerent
nunquam expleri ad satietatem, usq; sed famem tolerare
possent, Siquidem hac ratione existimabant illos & ad
bellum utiliores euasuros, si ualerent & post toleratam
inediam perdurare in laboribus: quin & temperatiores
uilibusq; contētos fore, si longo tempore minimis impen-
dijs degerent: insuper si citra obsonium assuescerent uiue-
re, & quemuis cibum appositum boni consulere, existi-
mabant corpora fore tum salubriora, tum maiora: quod
subtracta cibi copia conferret ad proceritatem, dum non
depressa corpora tolluntur in altū potius quam in latū,
reddunturq; etiam pulchriora. Tenuis enim & gracilis
corporum habitudo obsequitur artuum momento: obesi-
tas uero ex cibi copia collecta, propter grauitatem obse-
stit. Vt ea gens nihil dabat uoluptati delicijsue, sed in om-
nibus spectabat reipublicæ commoda, longe lateq; dissen-
tiens a plurimorum sententia, qui sibi persuadent, nihil
esse utilius quā pueros immodico cibo potuq; saginare:
quoniam ea res non modo pigros reddat & laboribus inuti-
les, uerum etiam tum corpora reddat deformiora, tum in-
genia crassiora.

13 Nec minor illis cura fuit de genere musices, modulo-
rum & cantionū, q̄ de uictu, cultu & ceteris quæ cōme-
morauimus. Hæc autē talis erat, ut animi uim ac spiritus
excitaret, & impetū diuino afflatui similem, adq; res ge-
nitas accommodum induceret, quum reliquis Græciæ ciui-
tatibus magis placeret musica demulcēs & ad uolupta-
tem molliētiēq; effœminans animos. Nam Plato magni
referre putat quo genere musices utatur ciuitas.

Quin

Quin & orationis genus simplex & inaffectatum, 14
 nihil habens molle ac delicatum, nec in alijs uersabatur ar-
 gumentis, quàm uel in laudibus eorum qui fortiter ac ge-
 neroſe uitam exegiſſent, quiq; pro Sparta occubiſſent,
 & ob id ab omnibus ut beati celebrabantur: uel in uitupe-
 randis his qui metu periculorum nihil egregij geſiſſent,
 & qui ob ignauiam à morte cruciabilem infelicemq; ui-
 tam uiuerent: uel in pollicitatione per gloriæ ſtudium ac-
 cédente animos ad uirtutem, ad cuiuſq; ætatem accômo-
 date. Itaq; tres erant apud illos chori iuxta triplex æta-
 tum diſcrimen, quibus in feſtis ſimul conſtitutis ſenum
 chorus incipiens canebat,

Chori tres

Nos ſuimus olim ſtrenui iuuentuli.

Secūdus in quo erant uiri robuſtæ ætatis, ita reſpōdebat,

At nos ſumus, ſi uis facito periculum.

Porrò tertius qui erat puerorum, ita canebat,

Præſtantes nos futuri olim ſumus.

Quin in ſuper apud illos erant numeri, ad quos tem- 15
 perarent inceſſum concitandis animis ad fortitudinem,

audaciam, moriſq; contemptum accommodi, quibus ute-

bantur tum in choris, tum ad tibiam tendentes in hoſtem:

Muſica
genus

Siquidem Lycurgus rei bellicæ ſtudium cum muſices ſtu-

dio copulauit, quo nimirum nimius bellandi ardor modu-

latione temperatus conſonantiam, aptumq; concentu ha-

beret. Vnde mos erat, ut in bellis rex priuſquam iniret

prælium, muſis ſacrificaret, quo pugnantes facinora ede-

rent digna, quæ ſcriptis honeſtaq; memoria celebraren-

tur. Nec permittebant, ut quiſpiam aliquid de ueteri mu-

ſica mutaret, adeo ut Terpandrum quum eſſet antiquiſſi-

mus, et omnium eius cui citharædorum præstantissimus, egregiusq; gestorum heroicorū celebrator, tamen Ephori multauerint, eiusq; citharam arreptam paxillo affixerint, quod unam tantum chordam in ea præter necessitatem intendisset, ob uocis uarietate. Non enim probabant modos nisi simplicissimos. Ac Timotheū certantem in Carneis (id festum erat in honorem Carni cuiusdā uatis institutum: Pausanias autem indicat apud illos Apollinem dici Carnion) ex Ephoris quidā arrepto ense interrogaret, ex utra citharæ parte incidi uellet chordas quæ accefferant ultra septem. Vt ubiq; gens illa frugalitatem colebat, luxum horrebat, metuens a maiorum institutis recedere, quòd ex his fontibus nasci soleat omnis rerum publicarum perniciēs.

16

Superstitio
funerum

Quin & sepulchrorū uniuersam superstitionem sustulit Lycurgus, permittens ut non solum intra ciuitatem humarentur cadauera, uerū etiam ut monumenta templis uicina haberētur. Submouit & funebres expiationes: nec concessit, ut quicquā unā cum cadauere sepeliretur. Nam aliæ nationes si quid fuisset uiuo charissimum, id mortuo addebant in sepulchro, damnosa simul ac ridicula superstitione, quasi mortui sentiant aliquid: sed in puniceo amictu, & oleæ folijs ex æquo positos omnes sepeliri iussit. Vetuit etiam titulos & inscriptiones addi monumentis, præterquā eorū qui in bello cecidissent. Sustulit autem & luctus et funebres nēnias, quas reliquorum hominum uulgus incredibili sumptu & apparatu, etiam per conductos ploratores celebrare consueuit magna specie demētiæ, quasi manium sit ullus sensus: aut si quid sentiunt, iisdem

dem rebus delectentur, quas in uita non iudicio, sed animi uitio dilexerunt.

Peregrinari illis concessum non erat, ne morum peregrinorum uitæq; in compositæ contagium attraherent. Peregrini Quin & peregrinos urbe exigebant, ne paulatim inuadentes mali cuiuspiam ciuibus existerent magistri. Quisquis autem ciuium non tulisset liberorū suorū iuxta patrios ritus institutionē, iure ciuiū priuabatur. Rursus narrant quidā, quicumq; peregrinus Spartanæ ciuitatis institutis sustineret exerceri, eum ex Lycurgi sententia admitti in eam ciuitatis portionem quæ fuerat à priscis ordinata. Ceterum uendere ius ciuitatis nulli phas erat. Perspexerat uir ille prudentissimus, commercijs exterorum ac negociatorum, ciuitates quamuis bene institutas corrumpi, quod ad nequitiam omnes sunt magis dociles quàm ad uirtutem. Sed nulla mixtura perniciosior, quàm quæ per imperij translationem prolationemue inuehitur. Sic influxu Græcarum nationum effœminata est Roma: sic barbarorum commercio tandem & Sparta ex sanctissima facta est corruptissima: sic aliarum nationum admixtu effœminata est Gallia, non nihil etiam Germania.

Vicinorū famulis perinde ut suis uti mos erat, si quando quis opus haberet. Itidē & canibus & equis, nisi forsitan his tum opus esset hero. Quin & ruri si qua re quis egeret, apertis foribus, & ablatis ab eo qui habebat ad usum præsentem accommodis, ob signabat locum unde abstulerat atq; abibat. Inter huiusmodi mores ubi locum inueniret insatiabilis auaritia, ubi rapacitas aliena pro suis uindican-

uindicantium? ubi supercilium è diuitijs sumptum? ubi latronum inmanitas ob aliquantulum nummorum uiatorum ignotum & innocuū iugulantium? Diceret hos germane Christianos, si pro Lycurgo Christum nacti fuissent legum latorem.

19 *Callide* In bellis utebantur puniceis tunicis, siue quòd hic color uidebatur illis aliquid habere uirile: siue quòd sanguineus coloris rubor plus terroris incuteret bellorum imperitis: siue ne protinus conspicuum esset hostibus, si quis uulnus accepisset, sed utiliter lateret, ob uestem sanguini concolorem.

20 *Consilium in bellis* Si quando strategemate, hoc est callido consilio rasserent hostem, Marti bouem immolabant: sin aperto praelio, gallum: hoc t. acto consuefacientes belli duces, ut non solum fortes essent ad praelium, uerumetiam callidis consilijs aduersus hostem instructi. Præclarius enim existimabant hostem ingenio citra sanguinem deicere, quàm pugna plerumq; utrinq; cruenta.

21 *Tolerantia* Cum deos comprecantur hoc uotis addunt, ut possint iniuriam pati: quòd neminem iudicarent ad gerendum imperium, aut alioqui magnas res obeundas idoneū, qui quauis iniuria commoueretur.

22 *Vota* Summa comprecationis hæc erat, ut dij bonis adderēt honesta, præterea nihil. Non aliud petebant uirtutis præmium quàm honestam famam, quā multo alia sint aliarū gentium uota, non solum multiloqua, uerumetiam inutilia, nonnunquam & turpia à dijs postulantium.

23 *Armati dij* Venerem quàm illi uocant *uoggo* armatam colunt, quoniam omnes etiam deos deasq; hac figura fingunt ut lanceam

team teneant, hac imagine significantes omnes esse bellica uirtute præditos. Quoniā nihil ducebant turpius ignauia, nihil bellica uirtute pulchrius: tali specie proponebant deos suos, quales cupiebant esse ciues. At cæterorum Græcorum theologia faciebat deos ociosos & quietos, eoq; fingeant illos gestu recumbentium. Porro quum archetypum omnis honesti petendum sit à numine, periculosum est reip. tales facere deos, quales si quis imitetur, inutilis aut perniciosus sit reip. futurus.

Iam & prouerbio celebratum est apud illos, admoda manu fortunā esse inuocandam quo significabant, sic esse inuocandos deos, ut simul & manum apponamus, & nostram addamus operam, alioqui frustra inuocari. Verum est, numini acceptum ferri oportere, si quid in actionibus hominum prospere cedit, sed non fauet numen ociosis ac pigris: uult sua munera ad nos per nostram uenire industriam, ne stultum uideatur, si faueat ipsius dona contemnentibus.

Pueris ostendebant seruos qui uino essent temulenti, quo magis abominarentur ebrietatem, uidentes quā deformis spectaculū sit homo immodico madens uino, quāq; dementi similis. Imò cogebant Helotes quāplurimū bibere, deinde saltationes ineptas saltare, & carmina quædam ridicula canere. Ita quod alij prolixo sermone uix persuadent, sobrietatem esse rem honestissimam, ebrietate nihil esse homine indignius, illi compendio ponebant ob oculos, sed in mancipijs, ad quorum mores degenerare ingenuis turpissimum est.

Mos erat apud illos, non pulsare fores atriorum, sed

uoce foras euocare si quid uellent. Adeo nihil clam geri uolebant, sed propalam omnia.

27 Strigilibus quibus sudor abstergeretur, non ferreis
Parsimonia sed arundineis utebantur in balneis, ut minus operosis, paruoq; parabilibus: nusquam non memores frugalitatis ac parsimonie.

28 Comœdias & tragœdias non audiebant, ut nec serio nec ioco quicquam audirent repugnans legibus. Leges enim prohibent stupra, incestum & adulteria, prohibent dolos, iniurias, furta ceteraq; flagitia: at in fabulis talia poetæ dijs affingunt. Nec placuit illis quorundam excusatio, fabulas ad uoluptatem fingi, non ad fidem ueri. Voluptas ea corrumpit imbecillius animos. Hanc ob causam Archilochum poetam quum uenisset in Lacedæmonem, eadem homines expulerunt, quod intellexerant ab illo scriptum, satius esse abijcere arma quam mori. Carmen sic habet,

Scuto aliquis gaudet Saiorum, quod bene pulchrum
Deserui nolens inter opaca rubi.

Ille quidem clypeus ualeat, quoniam mihi posthac
Illo haud deterior forsitan obueniet.

29 Virginibus ac pueris sacra erant communia, quo uel sic puellæ ad masculinum robur proficerent.

30 Sciraphidam mulctarunt Ephori, quod à multis erat
Lenitas iniuria affectus. Interpretabantur enim illius ignauiam
praua esse in causa, quod complures auderent eundem ledere. Nam qui ueterem impune fert iniuriam, inuitat nouam. Si qui primus leserat delatus dedisset poenas legibus, ceteri temperassent ab iniuria.

31 Scutiferum militem interemere, quod scuto nonnihil
purpu-

purpurei panni intertexuisset. In tantū horrebant exem=
plum peregrinæ luxuriæ, non ignari, ex minimis initijs
immedicabile uitiorum colluviem inundare, eoq; tutissi=
mum esse iudicantes principijs obstare. Ob id in primos
autores seuerissime animaduertebant. Plurimum nocuit
reip. quisquis fenestram uitijs aperuit.

Seueritas

Adolescentulum ex eorum numero qui exercebatur, 32
increpauerunt, quod uiam nossent quæ ducit in Pyleam: a=
deo studebant suos à peregrinationibus ac rerum exotica mores
rū cognitione seruare alienos, ne per occasione à patrijs
institutis degenerarent: præsertim cum Arcadia, cuius est
Pylea, luxu delicijsq; barbaricis esset corrupta.

Ctesiphontē eiecerunt qui se profitebatur de re qua= 33
uis totum diem posse dicere, dicentes, Boni oratoris esse, Loquacitas
sermonem habere rebus parem. Nulla in re iustius puta=
runt adhibendam frugalitatem q̃ in oratione, quam Hesio
dus non aliter quàm preciosum thesaurum parcijsime cen
set esse depromendam ad usum, non ad ostentationem.

Pueri apud illos in ara Dianæ cui ab indeijcibili uirtu 34
te cognomen Orthia, flagellis ex more totū diem cædun=
tur: itaq; frequenter durant ad mortem usq; hilares ac læ Pueritia
ti, concertantes inter sese de uictoria, quis ipsorum diu=
tissime fortissimeq; toleret uerbera, uictor cum primis ce
lebris habetur. Hoc certaminis genus appellant *δυναστα
γίγνουςιν*. Renouatur autem quotannis. Huius consuetu=
dinis originē indicat Plutarchus in uita Aristidis. Quum
Pausanias paulisper semotus à statione militum rem diui=
nam faceret, Lydi aliquot incursione facta sacrificiorum
apparatum diripuerunt: quos ipse cum comitibus suis
compre

Pueritia

comprehensos, quoniam inermes erant, loris cecidit. In huius facti memoriam fieri coeptum est Sparta quod retulimus. Pausanias in Laconicis diuersam adfert huius consuetudinis causam. Quum Limnates, Cynosurenses, Messoani, & Pitaneuses Dianae sacrificarent, in dissidium uenerunt, ex dissidio ad pugnam, adeo ut multis cadaueribus ara compleretur, reliquos pestilentia consumpsit. Hinc proditum est oraculum, aram Dianae humano sanguine expiandam esse. Quum igitur immolarent cuicumque, fors obuenisset, Lycurgus eam mactationem uertit in flagellationem adolescentulorum. Ita factum est, ut citra necem hominum ara sanguine humano expiaretur. Hoc exemplum ut imitari sit ineptum, ita nobis exprobrat immodicam indulgentiam erga pueros, qui sic in delicijs eos educamus, ut ad studiorum quoque laborem sint inutiles, & omnis increpationis quamuis blandae impatientes.

35 Hec utcumque aestimentur, unum tamen quiddam ad hoc
 Ocium nestatem ac beatitudinem conducent, cuius suis praestitisse uidetur Lycurgus. Quid hoc? Affatim ocij, propterea quod sedentarias artes in totum attingere phas non erat. Neque prorsus opus erat ullo opificio negotioso operosoque ad quaestum, posteaquam diuitijs in totum tum admirationem, tum honorem ademerat. Sed Helotes, hoc est, mancipia colebant illis agros, fructumque reddebant maioribus praefinitum. Sunt & hodie qui hoc exemplum imitentur, per seruos, aut conductitias operas, aut per eos quos ex liberis seruos faciunt pleraque facientes, non ut ipsis interim uacet meditari meliora, sed ut ocium habebant bibendi, aut ludendi aleam.

Erat

Erat autem detestabile, si quis alicui pluris locasset 36
grum, quàm erat præscriptum: quo simul & mancipia
lucris gratia libentius inscriberet nec ciues plus solito quæ
rerent. Quanto consilio ea gens omnium uitiorum mate
riam in mancipia reijciebat, ab ingenuis arcebat, contra
quàm reliquæ faciebant nationes, quæ liberis luxus, libi
dinis, auaritiæ temulentiaeq; seminaria uindictant, seruos
ad paupertatem & frugalitatem adigunt.

Interdictum erat illis nauticam exercere, ac naualibus 37
uti pugnis, tametsi post naualibus præliis mare potiti rur
sus abstinuuerunt, cum perspicerent ciuium mores corrup
pi. Sed denuò ab hac sententia mutati sunt, quæ admodum
in cæteris omnibus. Vbi pecuniæ sunt in Lacedæmonio

Pecunia pe
stifera res

rum regionem cõuectæ, qui eas importarant morte dāna
ti sunt. Siquidem Alcameni ac Theopompo regibus hoc
oraculum erat redditum, Pecuniarū amor Spartam per
det. Nihilò secius tamē Lysander deuictis Atheniensibus
magnam auri argentiq; uim inuexit, nec solum pecunias
receperunt, uerum etiam ipsi uiro honos est habitus. Pro
inde Sparta donec Lycurgi legibus uteretur, nec à iure
iurando recederet, sexcentis annis in Græcia primas te
nuit & legum æquitate & gloria. Cæterum quum ab his
paulatim defluerent, inuaderetque obiter diuitiarum a
mor & auaritiæ malum: non solum ob hæc decreuit illo
rum potentia, uerum etiam quibus antea socijs & amicis
in bello fuerant usi, eos inimicos habere cœperunt. Porro
quum ita se gererent, tamen post Philippi Macedonis in
Cheronea uictoriam, quanquam Græci cæteri omnes il
lum imperatorem terra pariter ac mari declarassent, ac

Apophth.

k

post

post hunc Alexandrum filium euerſis Thebanis, ſoli La-
cedæmonij tametiſi ciuitatem haberent nullis cinctam mi-
ris, eſſentq; non modo per pauci propter aſidua bella, ſed
multo quam antea imbecilliores capti faciles eſſent facti,
quoniam adhuc ſeruabāt admodum exiguas quaſdam Ly-
curgicarum legum ſcintillas, non ſe præbuerunt belli ſo-
cios, neque ceteris Græcis, neque poſt Macedonicis re-
tio gibus, neque in commune cum illis concilium uenerunt,
neq; tributum pendere coacti ſunt, donec per omnia con-
temptis Lycurgi legibus, à proprijs ciuib; tyrannide op-
preſi ſunt, ita ut nihil iam reliquum eſſet patriæ institu-
tionis, ſed reliquorum ſimiles effecti, & gloria & liber-
tate quam prius obtinuerant exuti ſunt, & in ſeruitutem
traducti: ac nunc quemadmodum ceteri ſub Romanorum
uiuunt imperio. Graue documentum uniuerſis, imperia
uirtute parari: auaritia, luxu delicijsq; uel perire, uel uer-
ti in tyrannidem.

A P O P H T H E G M A T A L A-
C A E N A R V M.

1 Archileonis Braſidæ mater poſt obitū filij quum Am-
Habetur p. phipolite quidam ueniſſent Spartam, eamq; inuiſerent,
53. apo. 62 percontata eſt nū honeſte, & ut Spartano dignum erat
occubiſſet: illis iuuenis uirtutem amplificantiſ; ac di-
centibus, eum in bellicis negocijs Lacedæmoniorum om-
nium eſſe præſantiſſimum, reſpōdit, O hoſpes, honeſtus
quidem ac ſtrenuus erat filius meus, ſed multos illo præ-
ſantiores habet Lacedæmon.

2 Gorgo Cleomenis regis filia, cū Ariſtagoras Mileſius
Cleomenem ad bellum pro Ionibus aduerſus regem Perſa-
rum

rum suscipiendum hortaretur, magnam pecuniarum uim pollicens, quātoq; magis ille recusabat, tanto plus addere promissæ summæ, Pater, inquit, corrumpet te hic peregrinulus, ni ocius eum ædibus extruferis. Vbi nūc sunt qui dicunt auarum mulierum genus, quū Gorgo pro hortatrice patri fuerit dehortatrix?

Eidem quum pater aliquando mandasset, ut cuidam mercedis nomine daret frumentum, & elogium addidisset, docuit enim me uinum reddere suauius. Ergo, inquit, ô pater, & uini plus bibetur, & qui bibent deliciores deterioresq; reddentur. Quis satis prædicet hanc puellā & sene & uiro seuiorem? Atqui solet hic sexus maxime capi rebus suauibus.

Eadem quum uideret Aristagorā à quopiam è famulis calceari, Quid, inquit, pater? Hospes iste manus non habet? Existimabat non ferendas uiri delicias qui in eo abutebatur famuli opera, quod ipse suis manibus facere sibi poterat. Et nō pudet quosdā quibus uestiendis comedendisq; uix decem famuli sufficiunt? Opus est famulo qui uētrems exoneraturo soluat ligulas, qui scœnum aut lanam porrigat exterfuro, ac minimo minus qui abstergat.

Quum hospes quispiam molliter & egre uestem prælongam attraheret, protrusit hominem, dicens, Non tu hinc abis, qui nec ea possis quæ sunt scœminarum? Mulierum est laciniosis & in humum defluentibus uti uestibus, quint & caudas admodum longas interdum trahunt, nec tanten grauantur onere aut succingunt.

Gyrtis, quum Acrotatus qui illi erat ex filia nepos, è quadam puerorum pugna multis acceptis plagis domum

Pecunia, com
tempta

Simile habea
tur antea pa.
50. apo. 43

Seuere

Seuere

k a pro

pro examine relatus esset. plorātibus ceteris familiarib.

Fortiter ac notis: Non tacebitis, inquit? Declarauit cuius esset sanguinis. Addidit fortes nō esse cōplorandos sed sanandos.

7 Cum illi ē Creta nunciū esset allatus de morte Acro-

Fortiter tati, Quum ad hostes, inquit, proficisceretur, nonne futurum erat, ut aut ipse moreretur, aut illos occideret? lucundius autem est audire quod mortuus est, ut & ipso & ci-

Prudenter uitate & progenitoribus dignum erat, quā si iners & imbellis per omne æuū uiueret. Solent auī tenerius & impotentius amare nepotes suos quā ipse matres. Et ubi nunc sunt quæ in morte liberorum confugiunt ad lacquem, quum Gyrtias nepotem & seminecem lugeri uertuerit, nec eundem flendum putarit, quod fortiter pugnans interfisset.

8 Damatria cum accepisset filium ita se gerere in bello, ut tali matre uideretur indignus, domum redeuntem interemit. Qua de re fertur hoc epigramma.

Fortiter Transgressum leges mater Damatria natum
Ipsa Lacæna necat non Lacedæmonium.

Hoc facinus propius accedit ad barbaricam inhumanitatem quā ad fortitudinem, utile tamen exemplum est ad exprobrandam uulgo matrum nimiam in liberos indulgentiam, quæ ob hoc ipsum sepe impotentius amant eos, quod sint nequitia corruptissimi.

9 Altera quedam Lacæna filium, qui deserto in acie loco sugerat, ut patria indignū interemit, dicēs: Haud meū est hoc germen, in quam hoc extat epigramma,

Germen iners abeas ad tartara, teq; perosus
Eurotas ceruis nec det aquam timidis.

Ignauus catulus, mala fors, hinc uade sub orcum,

I, Sparta indignus, quem nec ego peperì.

Alia quēdā cū filiū audisset fortiter in acie cecidisse, ait,

Plorentur timidi, mi inpletus humabere nate,

Et matre hac uere dignus es & patria.

Hoc ante tributum est Tynnicho, quod tamē Philelphus pag. 122
separatim commemorat. apoph. 48

Alia quēdam ut audierat filiū incolumem, sed fugisse 10
ab hostibus, scripsit illi: Malus rumor de te sparsus est, Animose
aut hūc dilue, aut ne sis. Præstabilius iudicauit mori, quā
cum ignominia uiuere.

Alia rursus cū filij qui è prælio fugerāt, ad ipsam ue- 11
nirent, Quo, inquit, itis ignaua & fugitiua mǎcipia? &
ostenso uentre, Nū huc, inquit, denuo subituri unde emer Rustice
sistis? Hoc apophthegma Cynica dignum est.

Quēdam filium ad se uenientem conspicata, percon- 12
tata est quid ageret patria: is quum respondisset, periere
omnes, laterem coniecit in illum occiditq; dicens: Te igi-
tur nobis misere mali nuncium? Vita putauit indignum, Fortiter
qui cum suis perire non sustinuiisset.

Cuidam qui matri narrasset quam generose frater oc- 13
cubuiisset, Proinde an non turpe est, inquit, tibi non conti Animose
gisse illi esse comitem?

Quēdam filios quos habebat quinq; postea quā in 14
bellum emiserat, ante suburbii stabat expectans quis es-
set belli exitus. Vt accessit quispiam nuncians filios illius
omnes occubuisse, Non istuc percontabar, inquit, ignauū Fortiter
mancipium, sed quid ageret patria. Is cum respondisset, à
patria stetiſſe uictoriam, Libenter igitur, inquit, accipio
filiorum

filiorum interitum. Egregia mulier priuatum in liberos affectum publicæ in patriam pietati posthabuit.

15 **Quædam** sepeliebat filium, ad eam quum uilis anicula quædam accessisset, dicens, Heu fortunam ô mulier: illa **Fortiter** subiecit, Per geminos, irquit, bonam equidem arbitror, Siquidem cuius gratia filiū peperī, uidelicet ut pro Sparta moreretur, id mihi contigit. Fortissima mulier amiculæ deplorationem uertit in gratulationem. Huius meminit M. Tullius Tusc. quæst. libro primo.

16 **Quum** mulier quædam Ionica de texto quodam suo **Grauitè** ut precioso gloriaretur, Lacena ostensis quatuor filiis quos habbeat moribus cōpositissimis, Huiusmodi, inquit, decet esse honestæ probæq; mulieris opera, deq; his tollere animos & gloriari. Iones operosis texturis uacāt, quæ uaria picturarū habent argumenta. At Spartana docuit nullum opus esse præclarius, quàm si filios honestis moribus instruatur. His enim melius ornari patriam, quàm auleis aut uestibus Ionicis.

17 **Alia** quum accepisset quòd filius peregre agens, inhonefte se gereret, scripsit illi, Malus rumor de te sparsus est, **Simile superiori ap. 10** hunc tollito, aut ne esto.

18 **Similiter** quum Chij exules uenissent Spartam, multis nominibus incusabant Pædaretū. Eos mater Teledia ad se accersit ex his ubi cognouisset quæ filio obijcerent, uidereturq; filius in culpa esse, scripsit illi in hūc modū, **Seuere** Mater Pædareto, ut aut melius uiueret, aut illic maneret, desperans se Sparte esse incolumem. Virago mortem minata est filio, ni mores corrigeret suos.

19 **Alter** filio iniuriarum postulato, Aut crimine, inquit

quæ, fili, aut uita te ipsum libera. Mater in filium seuerior
quàm iudex, quæ extinctū malebat quàm cum ignominia
uiuum.

Alia filium claudum in aciem proficiscentem dedu-
cens, Fili, inquit, singulo quoq; gradu sac uirtutis memi-
neris. Alijs claudicationis uitium solet formidinem incu-
tere, at hæc mouit ut ex ipso uitio sumeret animos ad rē
fortiter gerendam, ita cogitans, nihil est in fuga præsidij
claudio, aut uincendum est, aut moriendum.

Alia quum illi filius redisset ex acie, atque ex uulnere
pedis uehementer doleret: Si uirtutis, inquit, memineris
o fili, non solū nō dolebis, uerumetiā bono futurus es ani-
mo. At uulgus matrum solet filiorum dolorem suis queri-
monijs & lacrymis exasperare, hæc animauit ad dolo-
ris tolerantiam.

Lacedæmonius quidam sic in bello uulneratus ut in-
gredi non posset, sed quadrupedū more ambulare, cum
ob id derisus erubesceret, à matre reprehensus est his uer-
bis: Quanto præstabat fili de fortitudine gaudere, quàm
de stulto risu pudefcere? Simile narrat Cicero de matre
Sp. Claudij, uerba mulieris sumens ex apophthegmate,
quod paulo ante præcessit.

Alia chypeum imponens filio, sic illum adhortata est,
Fili, aut hunc, aut super hunc. Laconica breuitate sentiēs
sic rem gerendam in bello, aut ut uictor chypeum referret,
aut mortuus in eo domum reportaretur.

Alia rursus filio ad bellum proficiscenti chypeum im-
ponens, Hunc, inquit, tibi pater semper seruauit, proinde
tu sac serues eundem, aut ne sis.

25 **Argute** Alia filio dicenti quòd breuem haberet gladium, Tu, inquit, adde gradum: significans nihil obfuturam gladij breuitatem, si propius ad hostem accederet.

26 **Fortiter** Alia quum audisset, quod filius fortiter in praelio se gerens occubisset: Nimirum, inquit, meus erat. Non deplorauit mortem filij sed de uirtute sibi gratulata est. Còtra quum de altero audisset, quod ob timiditatem praelium de trectans saluus esset: Nimirum, inquit, non erat meus, sentiens non esse habendos pro liberis qui à parentum institutione degenerassent.

27 **Fortiter** Alia quum audisset filium in praelio casum, Deponite illū, inquit, ut erat in ordine locatus, eiusq; locū expleat frater. Tale robur animi quàm in paucis reperiās uiris: Non metuit orbitatem, modo uita patriæ impenderetur.

28 **Fortiter** Alia quum in publica solenniq; pompa audisset filium in praelio quidem tulisse uictoriam, sed ex uulnerum multitudinem mori, coronam non deposuit, sed glorians comitibus dixit, Quāto pulchrius est amicæ, in acie uictorem occumbere, q̃ in Olympijs parta uictoria uiuere. Quantum hæc uirago dissensit à cæteris mortalibus, quibus per suum erat, dijs proximum esse in Olympijs ferre palmam, quum ibi non ageretur certamen uirtutis, sed artis & impendiorum: tum nihil esse terribilius morte, neque quicquam esse tanti, quod uitæ iactura sit emendum: hæc nullam existimauit uictoriam speciosiore, quam quæ patriæ quaereretur, nec ullam mortem optabiliorem, quam quæ cum hac laude contigisset.

29
Simile antea
p. 149 a. 13

Quum quidam sorori suæ narraret quam fortiter ipsius filius in praelio occubisset, Quantum, inquit illa, de filio

filio cepi uoluptatis, tantū tuam doleo uicem, qui à tam honesta societate defeceris.

Quidam Lacenam misso nuncio sollicitauit, num as- 30
sentiretur ut ipsi sui faceret copiam. Cui illa respondit, Pudice
Quum essem puella, parenti obedire didici, idq; feci, mu-
lier autem facta, uiro. Itaq; si me inuitat ad honesta, uiro
meo primum rem aperiat.

Virgo quædam paupercula roganti quam sponso do- 31
tem esset allatura, Pudicitiam, inquit, à maioribus tradi- Pudice
tam. Gencrose professa est eam esse pulchre dotatā, quæ
mores incorruptos adferret ad nuptias.

Lacena rogata nū ad uirū accessisset, Nō, inquit, sed 32
ille ad me; significās sese nō libidinis causa cōmerciū ha- Pudice
bere cū uiro, sed parentibus ac legibus obtemperantem.
Turpissimū enim esse fœminæ, si uirū ad coitū sollicitet.

Virgo quædam clanculum corrupta fœtum extinxit, 33
tam interim patiens dolorum ut nullam ederet uocē, adeo
ut parturiens & patrē & alios qui aderāt falleret. Nam
magnitudinem cruciatus turpitudine cum honestate con- Fortiter
iuncta superauit. Generosi animi erat quòd ignominiam
pati non posset: factum ipsum habebat turpitudinē, quam
ut effugeret, nixus, in quibus aliæ mulieres solent mise-
ras uoces edere, silentio perpeffa est.

Alia quum uenderetur interrogata quid sciret, Fide- 34
lis, inquit, esse. Existimabat fidem in famula quouis opi- Generose
ficio esse melius.

Alia similiter captiua quum interrogaretur, quid sci- 35
ret, Probē, inquit, regere domum. Et hæc non uulgaris
ars est in muliere.

Quedā à licitatore interrogata num esset futura pro
 36 ba si ipsam emeret, Etiam, inquit, si me non emeris.

Ante pag. Alia quum in auctione præco rogaret illam quid sci-

119. ap. 36 ret, Libera, inquit, esse, significans sese captiuam quidem

37 esse, cæterum ad illiberalia iussa nō pariturā. Itaq; quum

Simile habe= emptor imperasset quedam nō cōuenientia libera, Plo-

tur de uiro rabis, inquit, qui tibi ipsi talem inuideris possessionem,

pag. 119 moxq; sibi necem consciuit.

ap. 34 Agesistrata quum Agidem filiū exanimem iacentem

38 iuideret, exosculata faciem dixit. Nimia tua o fili bonitas,

nimia mansuetudo & humanitas te simul & nos perdi-

dit. Moliebatur enim Agis facinus sanè præclarū, sed in-

uidiosum, nimirum ut degenerātes Lacedæmoniorū mo-

res ad priscam illam seueritatem reuocaret. Interim dum

studet offendere neminem, & gratificari omnibus, semet

ipsum in exitium coniecit.

39 Eadem laqueo guttur inserens, In hoc tantum, inquit,

Pietas in Sparte utilis fui. Doluit generose scemina, quod filio nō

patriam licuit de patria quemadmodum uoluit bene mereri.

40 Cum Thebani irrupissent in Laconicam, & inter ca-

ptiuos captiuasq; multos etiam abduxissent helotas, ius-

Seruorum serunt illos Terpandri, Alcmanis ac Spendonis Laconi-

turba ca carmina canere: illi recusarunt dicentes, id nolle filias

heriles, adeo plus apud illos ualuit concaptiuarum puel-

larum autoritas, quā iussa uictoris. Hinc probarunt qui

dam esse uerum quod uulgo diceretur: liberū Sparte ma-

xime liberum esse, contrā seruum maxime seruum. Ita

Plutarchus in uita Lycurgi.

41 Theano uestem induens casu brachiū inidauit. cui dam

autem

autem dicenti ò pulchrum brachium, At non publicum, inquit. Admonens uni pulchrum esse, non cuius, & laudatoris illius intemperantiam notans, qui alieni corporis nimium curiosus spectator esset.

CHILONIS LACONIS APOPH-
THEGMATA.

Non dubium est quin Chilo Lacedæmonius, qui fertur unus de numero septem Græciæ sapientum, in apophthegmatis Laconicam indolem retulerit, quanquam scriptorū, ut opinor, uitio, non habet eandem gratiam quæ illi tribuuntur. Diogenes Laertius hæc illi ascribit. Fratri querenti quod Ephorus ipse non crearetur, quū ille esset: Ego, inquit, iniuriam ferre noui, tu non: significans neminem esse idoneum magistratui, qui nō possit dissimulare multa præter æquum & bonū facta, iuxta illud, ἀεὶ καὶ ἐν οὐνοῖς καὶ ἐν ἀνθρώποις ἡ δίκη, id est, Princeps æqua & iniqua pariter audias.

Idem tribuitur alteri
Moderate

Ab Aesopo interrogatus quid ageret Iupiter, respondit, Excelsa deprimat, depressa extollit: indicans arbitrio numinis res hominum sursum deorsum uolui reuoluique.

2
Viciisitudo
rerum

Interrogatus qua re docti præcellerent indoctos, Bonæ, inquit, spe. Doctos autem appellabat, honestis legibus ac moribus institutos, & iuxta rectam institutionem uitam agentes. Hi cæteris rebus pares hoc uno superant improbos, quod post hanc uitam sperant recte factorū præmia. Nam Lacones existimabant egregios uiros post obitum in uitam beatam translatos fieri diuos.

3
Virtutis
præmia

Dicere solet, quod Lydius lapis est auro, id aurū esse homini. Lapis enim index affricu pait quale sit aurum, ipsum

4
Aurū index
ipsum

ipsum autem aurum arguit quale hominis ingenium, iuxta illud, Magistratus uirum arguit.

15 **Conscientiæ** Iam grandæmus dicebat, se sibi nullius facti conscium esse, cuius poeniteret, uno excepto, quod quum esset ascriptus arbiter ut inter duos amicos finiret controuersiam, nec quicquā uellet aduersus leges facere, persuasit alteri amico, ut ad alios deferret arbitrium. Hoc pacto & legem seruauit & amicum. Hic scrupulus nonnihil mouebat senis animum, quod perfectæ uirtutis fuisset, nullo metu à regula legum deflectere, nec illius amicitiam magni facere, qui ob sententiam secundum leges non secundum ipsum datam desineret amicus esse. Quid illa sanctius anima, qui per omnem uitam, quæ illi longa contigit, hoc tantum criminis admisit?

6 **Moderate** Quidam, quorum est A. Gellius, huic tribuunt & illud, Sic ama tanquam osurus, sic oderis tanquam amaturus, Hoc dicto admonuit, nec simultates tam acriter exercendas, ut præcludatur omnis in gratiam reditus, nec amicis adeo fidendum, ut illis committas, quo si fiant inimici possint te perdere.

7 **Maledicentia** Docebat neminem conuicijs laceffendum, ne si dixerimus quæ lubet, audiamus uicissim quæ dolent. Habet enim & maledicendi morbus suam uoluptatem, sed quæ plerumque male audiendi summo dolore pensatur. Huc allusit M. Tullius Salustio cominans fore, ut si quam uoluptatem male dicendo cepisset, eam male audiendo perderet.

8 **Lingua præceps** Dicebat, non committendum ut lingua præcurreret animum: admonens prius cogitandum quid loquaris, quam lingua prorumpat in uerba. Nescit enim uox missa reuertere

neriti. Cogitatio prior potest corrigi posteriore meliore,
ut habet prouerbum, uox non item.

Dammum aiebat turpi lucro præferendum. Nam illud
semel dolere, hoc semper. Iactura re facile sarciri potest,
fama cõtaminata uix unquã diluitur. Res amissa exiguo
tempore dolet, sceleris cõscientia semper cruciat animũ.
Itaq; lucrum scelere partum damnum est non lucrum.

Non esse tentanda quæ fieri non possunt. Quæ dam
honestæ sunt ac magnificæ, sed magnò reip. malo tentan-
tur, si nequeas perficere. Atq; hæc est præcipua pars bo-
ni consultoris, dispicere non solum quid per se optimum
sit, sed quid pro temporum ratione possit obtineri.

Rogatus quid esset difficile, Arcanum, inquit, retice-
re. Tanta est linguæ omnium maxime uolubilis inconti-
nencia, quum alioqui nihil uideatur facilius quàm silere.

Idem præcipiebat, linguam quum aliàs semper, tum
præcipue in conuiuio cõtinentandam, quòd illic cibus
tutus inuitet ad intemperantiam. Porro ubi plus est peri-
culi, ibi maior est adhibenda cautio.

Nulli minandum esse, non solum quòd id mulierum ui-
deatur esse potius quàm uirorum, uerum etiam quòd mi-
nitari ei cui uelis nocere, est inimicum admonere ut sibi
caveat, tibiq; tpsì ledendi facultatẽ adimere. Amicis aut
minari, parum est humanum. Recte tamen minamur quo-
ties aliquem hoc remedio correctũ esse cupimus, & hæc
pœna decreuimus esse contenti.

Promptius ad amicorũ aduersam fortunã, q̃ ad res se-
eũas accurrendũ. Rebus prosperis aduolât quilibet, etiã
minus amici: q̃ ad sunt reflãte fortuna, hi uere sunt amici.

Vxoribus

9
Lucrum
turpe

10
adulata

11
Silentium

12
Loquacitas
in conuiuio

13
Minæ in-
utiles

14
Amicus
uerus

15 Vxorem humilem modico apparatu ducendā, ne pro-
 Vxor humi- coniuge dominam accersas domum. Sat enim dotata ue-
 lis nil puella, quæ pudicitiam & honestos mores secum ad-
 fert. Proinde hoc erat unū ex Laconicis institutis, ut uir-
 gines sine dote nuptum irent.

16 Vetabat de mortuis male loqui, quod ignauum uide-
 Mortuis retur eos incesere lingua, qui respondere non possunt,
 parcendum ac turpe esset cum umbris ac laruis luctari. Nam id est
 quodammodo sepultum refodere.

17 Docebat honorem à iunioribus habendum senectuti,
 Senectus ut ipsi facti senes ab alijs habeantur in precio. Ea res ge-
 honoranda minam habebat utilitatem. Siquidem ut senum autoritas
 ac reuerentia temperabat ætatem lasciuia à peccando,
 ita senes cauebant ne quid committeret quo iuuenibus uel
 ob ineptiā ludibrio possent esse, uel ob turpitudinē perni-
 ciosi: sed inter omnes iuuenes omnesq; senes ea esset re-
 uerentia, quæ inter parentes ac liberos.

18 Admonebat secundis rebus elato non applaudendum
 Insolentia nec arridendum. infelix felicitas est, quæ hominem red-
 dit insolentiorē, eoq; non plausum meretur, sed lacry-
 mas. Grauiusq; peccant qui docent insolentiam, quā qui
 utuntur. Sæpe populus clamat in auaritiā ac tyranni-
 dē principum, quū ipse doceat illos hæc uitia. Quidam
 codex Græcus habebat, ἀτυχῶντι μὴ ἐπιγελαῶν, id est,
 infelicem non esse irridendum, siue infelici non insultan-
 dum: id enim extremæ est inhumanitatis.

19 Docuit potentiæ adiūgendam mansuetudinē, ut à suis
 non tam metum extorqueat, quā impetret reuerentiā,
 Moderate Reuerentiæ comes est amor, metus odium. Amari autem
 non solum

non solum honestius est, uerum etiam tutius.

Admonebat ut suæ quisq; domui bene præesset. Pri- 20
 mam enim curam debemus familiaribus: nec idoneus ui-
 detur administrandæ reip. qui priuatam recte gubernare
 nescit. Domus enim nihil aliud est quam parua ciuitas.

Vincendam iram, quod is affectus sit cæteris poten- 21
 tior, quam superare fortius est, q̃ hostē armatū deijcere: Ira
 nec minus exitij mortalibus sit ab ira, quam ab hoste.

Diuinationē non esse detestandam, quod hanc deorū 22
 manus esse crederet, quæ ratione percipi posset ab homi Diuinitio
 ne insigni uirtute prædito. Nam ipse prædixisse fertur si-
 turum, ut ex insula Cythera summū malum oriretur La-
 cedæmonijs, cuius sitū naturamq; cum didicisset, Vtinā,
 inquit, hæc aut nunquā fuisset, aut simul ut nata fuit, sub-
 uersa fuisset. Nam Demaratus Lacedæmone profugus
 Xerxi suasset, ut in ea insula classem haberet: ac planē
 Græciam subegisset Xerxes, si Demarati cōsiliū fuisset
 sequutus. Post Nicias ea potitus statuit illic præsidium
 Atheniensiu, & Lacedæmonios multis cladibus afflixit.

Fertur & hoc illius nomine, in uia non properandū. 23
 Ex incesu colligitur animus, præceps arguit præcipitē, Mores in
 nimium lentus ignauum. Decet autem in publico compo- publico
 sitis esse moribus. Fortasse deterruit à præcipiti consilio.

Huic simillimū est, inter loquendum non esse mouen- 24
 dam manum. Id enim esse ueracordū. Vnde & in Hebreo
 rum prouerbijs est, Stultum digito loqui.

Monuit obtemperandū legibus. Hoc ad principes præ- 25
 cipue pertinet, qui se credunt non teneri legib. Nec aliun Legum am-
 de magis florent respub. quàm si legum uigeat autoritas. toritas
 Nec ibi

Nec tibi tyrannis oriri potest, ubi ex arbitrio priscarum legum geruntur omnia.

26 Dicebat adamandam esse quietem, quoties datur ho-

Ocium nestum ocium, iuxta illud, *ἡσυχία ναιός*. Nihil enim uel tutius, uel iucundius. Nullum autem negotium periculofius quam bellum.

27 Quin & illud huic ascribitur, Caue tibi ipsi. Fortasse Cautio sui legendū, caue te ipsum, siue à teipso, siue obserua te ipsum. Nam Græce est, *φύλατ' ἑαυτὸν*, ut admoneat sibi quemq; debere suspectū esse. Omnes sibi cauent ab alijs, at frequenter nemo magis hostis est homini, quam homo sibi, dum libidinē, dum iram, dum ambitionem aliasq; cupiditates adhibet in consiliū. Demiror autem quem autorem sequutus Ausonius hæc illi ascribat.

28 Ita moderandam uitam, ut nec inferioribus sis terro-
ri, nec superioribus despectui. Metui à subditis tyranni-
cum est: negligentia uero est, sic agere, ut à maioribus cō-
temnaris. Hoc & ad ætatem referri potest. Sic tempe-
randi mores, ut à iunioribus ameris potius quam timea-
ris, à maioribus non contemnaris. Immodica seueritas pa-
rit terrorem: somnolentia, uinolentia, incogitantia simi-
liaq; uitia gignunt contemptum. Potest & ad fortunam
accommodari, quæ si sit uehemēter ampla, parat qui me-
tuant citius, quam qui amant aut reuerentur: sin humi-
lior, patet contemptui. Mediocritas igitur hic quoque est
optima. Ausonij carmen sic habet,

Nolo minor me timeat, despiciatq; maior.

29 Præterea sic esse contemnendam mortem, ut nihilo se-
cūs curā habeas incolumitatis. Nō enim est fortitudinis,
sed amentia

sed amentia, semet temere in uitæ discrimē conijcere: sed Mors quate
quoties aut ineuitabilis necessitas urget, aut grauis hone- nus contem-
stāq; causa suadet, mortem cōtemnere fortis animi est. In nenda
morbo non est metuenda mors, sed interim adhibenda cu-
ratio mediocris. In bello sumendus est animus ad mortem
paratus, sed interim fortiter pugnandū pro uictoria. Au-
sonij carmen sic legendum arbitror,

Viue memor mortis, uti sis memor et salutis.

Potest autē et hic accipi sensus, Hactenus memineris te
moriturū, ut abstineas a uitijis curisq; supuacaneis: sed in-
terim perinde quasi diu uicturus sis, ea cures quæ ad ho-
nestā beatāq; uitā ptinēt. Multos mortis cōsideratio de-
terret ab honestis actionib. contrā mortis obliuiio multos
inuitat ad licētius peccandū. Potest et sic intelligi, Ne sic
metuas mortē ut uiuas anxius ac tristis, sed uitæ spes mor-
tis horrorē tēperet. Hūc sensū indicat carmē qđ sequitur,

Tristia cuncta exuperans aut animo, aut amico. Hæc Amicus con-
uita præterquam quod multis miserijs exposita est, nihil solator
habet tristius quā quod mortem habet certissimā, diem
mortis incertissimum. Sed omnia superanda sunt, aut ani-
mi fortitudine, aut amicorū alloquijs. Nullū enim in do-
lore remedium presentius, quā curas æstusq; animi in
amicorū sinum effundere, quorū et consolatio, et com-
munis dolor maximam mali partem tollit.

Beneficij dati obliuisci decet, accepti meminisse. Vul- 30
gus hominū cōtrā facit. Si quid cui benefecerunt, et sine Gratitude
sine prædicant, et sine modo exaggerant: si quid in ipsos
collocatum fuerit officij, mox aut obliuiscuntur, aut disi-
mulant, aut eleuant. Carmen Ausonij sic habet,

Apophth:

I

Tu

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.

31 *Senectus iuuenilis* Eidem hanc tribuit sententiam, optabilem esse senectutem iuuenilem, molestam esse iuuentutem senilem. Maxima malorum pars ob quæ male audit senectus, a uitijs hominum proficiscitur: habet autem ex se nonnulla commoda, plurimarum rerum usum ac memoriâ consulendi facultatem, reuerentiam & autoritatē: hæc si adsint cōmoda, absintq; incommoda, ea senectus optabilior est multo iuuetute, uitijs & inertia marcete. Videas autem in nonnullis iuuenibus senilem imbecillitatem, senilem somnolentiâ, senilem ignauitiam, senilem morositatē: horum iuuentus peior est senectute. Nam quum senecta careant, senio tamen abundant. Ausoniani uersus sic habent:

Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ:
illa iuuentus grauior, quæ similis senectæ.

32 Plinius & illud oraculi uice celebratū ascribit Chiloni, ἐγγυα, παρὰ δ' ἄττι, sponde, sed noxa præsto est.

33 *Amicitia iuncta inimicitie* A. Gel. Noct. Att. lib. i. cap. i. ascribit illi quod dicat, idq; autore Plutarcho in lib. De anima. Quendam predicantem, sibi nullū esse inimicum, rogauit, an ullum etiam haberet amicum: sentiens amicitias & inimicitias inuicem sese consequi: nec fieri posse, quin qui multos habet amicos, complures habeat inimicos. Sit hic huius conuiuij secundus missus, si uidetur, cui subiiciemus philosophos, non omnes, ne nullus sit finis, sed aliquot eximios, ut uarietas excludat lectionis tædium. Quod si quem huius patinæ maior auuiditas tenet, huic Diogenes Laertius facile stomachum explebit, si non modo habeat nimis fastidiosum.